

Vespers

for the Sunday
after Ascension
according to the
Ancient Monastic Usage



Pater, Ave

According to a longstanding tradition, before the hour begins, the Pater and Ave are said silently.

PATER noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum : advéniat regnum tuum : fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie : et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris : et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo. Amen.

AVE María, grátia plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Incípít

A large sign of the cross is slowly made on oneself.

De-us, in adiutori-um me-um inténde. R. Dómi-ne, ad adiu-
A profound bow is made whenever the doxology is recited.

vándum me festí-na. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sanc-
to. Si-cut erat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in scula sæ-
culórum. Amen. Allelú-ia.

Psalmódia

7. c2

A




L-le-lúia, * al-le-lú-ia al-le- lú-ia. E u o u a e.

Psalmus 109

7.c2

D



i-xit Dómi-nus Dómi-no me- o: * Sede a dex- tris me- is:

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dóminus ex Sion: *

domináre in médio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendóribus sanctorum: *

ex útero ante luciferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitēbit eum: *

Tu es sacerdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natió nibus, implēbit ruínas: *

conquassábit cápita in terra multorum.

De torrēnte in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus 110

Confitebor tibi, Dómine, in toto corde meo: *
in consilio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini: * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificéntia opus ejus: *
et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabilium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: *
escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui: *
virtutem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hereditatem géntium: * ópera mánuum ejus véritas, et judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus: † confirmáta in sæculum sæculi, *
facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit pópulo suo: *

bow head mandávit in æternum testaméntum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: *
laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Psalmus III

Beátus vir, qui timet Dóminum: * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: * generátio rectórum benedicétur.

Glória, et divítiae in domo ejus: * et justítia ejus manet in sáeculum sáeculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: * miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in
judício: * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit justus: * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus: *
non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † justítia ejus manet in sáeculum sáeculi, *
cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: *
desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípo, et nunc, et semper, * et in sáecula sáeculórum. Amen.

Psalmus 112

Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

bow head Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sǣculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus, Deus noster, qui in altis hábitat, *

et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:


Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sǣcula sǣculórum. Amen.

STAND

A 
L-le-lúia, al-le-lú-ia al-le- lú-ia.

Capítulum

1 Peter 4:7-8

Carissimi: Estóte prudéntes, et vigiláte in oratiónibus. † Ante ómnia autem, mútuam in vobismetípsis caritátem contínuam habéntes : * quia cáritas óperit multitudinem peccatorum. *℞.* Deo grátias.

Responsórium Brevis

A-scéndens Christus in altum, * Alle-lúia,
allelú-ia. *℞.* Ascéndens. *℣.* Captí-vam duxit capti-
vi-tátem. *℞.* * Alle-lúia. *℣.* Glóri-a Patri, et Fí-li-
o, et Spi-rí-tu-i Sancto. *℞.* Ascéndens.

hymnus

Jesu, nostra redemptio, Amor et desiderium, Deus
Creatorem omnium, Homo in fine temporum Quæ te vi-
civit clementiam, Ut ferres nostra crimina, Crudelium mor-
tem patientem, Ut nos a morte tolleret! Inferni claustra pene-
trans, Tuos captivos redimens, Victor triumpho nobili
Ad dextram Patris residens: Ipsa te cogat pietas, Ut
mala nostra superes Parcendo, et voti cõpotes Nos tuo
vultu saties. Tu esto nostrum gaudium Qui es futurus
premi-um: Sit nostra in te gloria Per cuncta semper sae-
cula. Amen.

Versus et Responsum


Ÿ. Dominus in cælo, alleluia.

Ŕ. Paravit sedem suam, alleluia.

Magnificat


John 16:4

8. G



H ÆC lo-cútus sum vo-bis, * ut cum véne-rit ho-ra e-órum
remi-ni-scámi-ni qui-a ego di-xi vobis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Luke 1:46-55



Magní-fi- cat * áni-ma *me-a* Dómi-num.

Et exsultávit *spí-ritus me-* us * in De-o sa-lutá-ri *me-* o.

Quia respéxit humilitátem *ancillæ suæ*: *


ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi *magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.*
 Et misericórdia ejus a progénie *in progénies * tíméntibus eum.*
 Fecit poténtiam in *bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.*
 Depósuit *poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.*
 Esuriéntes *implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.*
 Suscépit Israël *púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.*
 Sicut locútus est *ad patres nostros, * Abraham et sémini ejus in sácula.*
 Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.
 Sicut erat in princípío, *et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.*

8. G


H ÆC lo-cú-tus sum vo-bis, ut cum vé-ne-rit ho-ra e-órum
 remi-ni-scá-mi-ni qui-a ego di-xi vobis, alle-lú-ia.

Preces




Ky-ri- e e-lé-i-son. R. Christe e-lé-i-son. Kyri- e e-lé-i-son.


Pater noster, qui es in cælis: sancti-fí-cétur nomen tu-um;




advéni-at régnum tu-um; fi-at volúntas tu-a, si-cut in cælo et in




terra. Panem nostrum quoti-di-ánum da nobis hódie; et di-mit-



te nobis débi-ta nostra, si-cut et nos di-mítti-mus debi-tóri-bus



nostris; et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. R. Sed lí-bera nos a




malo.



Ÿ. Dómine exáudi o-ra-ti-ónem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.


Orémus. Omnipotens sempitérne Deus, † fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem, * et majestáti tuæ sincéro corde servíre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sácula sæculórum. R̄. Amen.

Conclusió




Ÿ. Dómine exáudi o-ra-ti-ónem meam. R̄. Et clamor meus ad te véniat.

B



Enedi-cámus DÓ- mi-no.



R̄. Dé- o grá- ti- as.

Ÿ. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R̄. Amen.

Sung in a low tone.

Ÿ. Divínium auxiliúm máneat semper nobíscum.

Ṛ. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.

According to a longstanding tradition, after the hour ends, the Pater is said silently.

PATER noster, qui es in cælis : sanctificétur nomen tuum : advéniat regnum tuum : fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hodie : et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris : et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo. Amen.

Our Father, who art in heaven, Hallowed be thy name. Thy kingdom come. Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread, and forgive us our trespasses, as we forgive those who trespass against us, and lead us not into temptation, but deliver us from evil.